



**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de**

**Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Regvla. X. Dic satago rerum. Sibi uult patriu[m] misereri. Vt miserere mei,  
contra dominor sibi dandi, Vult casum, sed in hæ & in his dominor  
benedices Gram[m]aticæ leges, plærumq[ue] ecclesia ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

REGVLA. X.

Dic fatago rerum. Sibi uult patriū misereri.  
 Ut miserere mei, contra dominor sibi dandi,  
 Vult casum, sed in hæc & in his dominor benedices  
 Grāmaticæ leges, plærumq; ecclesia spreuit.  
 Tu uiuendo bonos, scribendo sequare peritos.

Satago, id est anxius & sollicitus sum, satis habens quod agā, est etiā diligentē esse, festinare atq; inniti, & fere absolutū est. ait Nebrissenis Cælar in cōmētarijs. Qui fatagentibus celeriter occurrāt, pro eodē dicit fatifago. Gel. lib. xxij. Plorātibus omnibus nostris, atq; in sentina fatifagentibus. Teren. tamē in Heau, ait. Et si is suarū quoq; rerū fatagit. In euan. legit. Martha fatagebat circa frequēs ministeriū. Misereor regit genitiuū dūtaxat apud doctissimos, nec inuenit cum datiuo, nec dominor cum genitiuo, nisi in sacris, testes sunt duo Anto. Nebrissenis, & Mancinel. Virgi. Nil nostri miserere, mori me deniq; cogis. Plau. Neminis misereri certum, quia mei miseret nemo, nemo antiprosis est pro neminē, aut miseret p miseret. Misereor etiam legit. Virg. ij. ænei. His lachrymis uitā damus & misereor aris. Misereor aris, significat ex misericordia alienū subleuare. misereri aliēna conqueri incōmoda. Vnde in sacris. Misericors & miserator dominus. Hæc differētiā ponit Festus, miserari uult accusatiuū. Virg. iij. ænei. Num lachrymas uictus dedit aut miseratus amantē est. merito dicimus, misereor tui, qā hic misericordia tui est, non tua. est em̄ misericordia, ut Sene. & Thomas aiunt, ex aliena infelicitate dolor cōpatiēs. Miserere nobis ecclesia cantat, sed uiuēdo Franciscū, Dominicū, Bernardū, & indoctissimos quosq; si boni sancti, casti & immaculati fuerint corā deo, studebis imitari totis uiribus, quia uirtus cœlum dat non sciētia. Scribēdo autē & loquēdo Ciceronē, Virgilium uel ipsum deniq; Neronē imitaberis, docti si fuerint licet pessimi, & iam iuste dānati, non q̄ bene scripserunt aut locuti sunt, sed q̄ male uixerunt, nec creatorē suū cognouerūt &c. Dominor quoq; cū genitiuo legit in sacris, ut quis dñat tui in dijs dñe, apud latinissimos habet dum. Virgili. Vicitis dñabit argis, regit actm̄ uel abltm̄ q̄q; cū prepositione in. Oui. i. meta. Sanctius his animal mentisq; capacius alte. Deerat adhuc & quod dominari in cetera posset. Natus homo est. Salu. Fortuna in omni re dominatur. Cicero passiue dixit lib. i. ossi. O domus antiqua q̄ dispari domino dominaris. Diomedes, & Prisci, crediderūt misereor etiā hīc datiuū, sed testimōia desyderant.